

P V I S

1 6 1 1



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ec. 50.

BARPTOLE
MAEI BILOVII

EPIGRAMMATVM

LIBELLUS XXIII.

In Symbolum

ILL. MAGNIFICI ET NOBILISS. VIZ
ri, Barth. Bilovij à Bilovu, S. Th. C. Com. Pal.
Eq. Aur. & Civis Rom. Phil. & P. L. Cas. Dn.
Patroni sui apprimè colendi.

Spes mea Christus erit: Durum Patien-
tia vincet.

PER varias clades, per tot discrimina rerum,
In latebris mundi Spes mea Christus erit.
Nil igitur metuo, durum Patientia vincit:
Fidentem Christo plurima dura manent.

M. Henricus Decimator Giffhornensis, P. L.
Ecclesiae Schnerslebjanæ Pastor.



MAGDEBURGI,

Typis Andreae Dunckeri, ANNO

M. DC II.

CLARISSIMO ET
EXCELLENTISSIMO VIRO, DN. I E.
remiæ Setzero Svidnicensi Sil. Ph. & J. V. D. & Aca.
demiaë Francofurtanæ Syndico, amico & Fau-
tori meo colendo S.



Vnt qui Poëtarum curam & ani-
mum in dedicandis Poëmatijs non
adprobant, sed spernunt, & calum-
niantur. Verum si suo quisq; stu-
dio maximè ducitur, ut & Cicero-
nis est sententia quis Poetis, quib.
cum pictorib. quælibet est auden-
di potestas, quod & Lutherus ex
Venusino, adfirmat, jure sub censere poterit. Videant
illi vitiligatores, ne sese universis Poetis obponant
garrulitate, aut levitate potius & insaniã. Ego,
quod hactenus hac in re feci, alios viros eruditos, &
magni judicij sum secutus. Qui si peccant, libentius
cum illis errare volui, quàm invidiaë & morosæ cohor-
ti locum dare, & obtemperare. Quocircã adhuc non
cesso, sed viros & patronos mihi eligo, quos florere
versiculis meis, licet tenuibus, tamen ex animo grato
profectis volui. Inter quos T. Excell. primum cum
prioribus locum tenere volui: quæ si nostris conati-
bus fauerit, ut spero, favorem illum plenioribus &
convenientioribus carminib. excipiam. Valeat T. Ex-
cell. Stendaliæ V. Marchiæ, Mense Jan. Anno 1602.

*Barptolemaus Bilovius à Bilovv,
Sacri Palatij Comes.*

AD IEREMIAM SETZERVUM, I. U.
D. & Acad. Francof. Synd.



*Amigerate sacrae Themidos,
SETSERE, sacerdos,
Candida qui vatuum Numina
amore colis:*

*Post Jovae laudes, dignorum facta
Virorum
Extollat citharis lauriger or-
do suis.*

*Immeritos non Musa canat, qui carmina vatuum
Non curant, sordet queis lyra & artis honor.
Hinc, dum judicij melioris acumine polles,
Nostra tibi merito carmina Musa sacrat.
Accipe; donabunt meliora melismata Musæ:
Fata quiete dabunt cum meliore frui.*

AD IACOBUM CHIMARRHAEUM
Com. Palat. Sac. Cæs. Maj. à sacris &
Eleëmos. &c.

DE LAURENTIO LUDOVICO
LIGIO.

*CHIMARRHAEAE parens & lux clarissima
vatuum;*

*Qui tribuis doctis laureaserta viris:
Sacra decet vates Laurus, Phœbeia Laurus:
Quam merito ex numeris nunc LUDOVICVS
habet. A 2 Sentiat*

Sentiat optatos, virtutis premia, fructus
Sudoris, quæ laus vatibus æqua datur.
Qualia versificum grex, non volgaria cantat,
Sed cum iudicio, quod canit, omne canit.
Publica testantur doctæ monumenta Camæna,
Quæ probat unanimi Musica voce cohors.
MARTINVS mecum testabitur indice versu,
Qui vatum vates vatibus absq; pari est.
Ergo meo meritâ LVDOVICO mitte coronam
De Lauru, qualem Casaris hortus alit.
Teutonicisq; pares hunc insinuare Poëtis,
Ipse perennifluo carmine gratus erit.
Carmine Te rursus sublimibus inseret astris,
Dignaq; cantabit Casare, digna Deo.

CHRISTIANO DISTELMEIERO, DN.
in Radesleben & Malsdorff, &c.

Accipe quam mittit DISTELMEIERE
salutem,
Marchia quem vatem Prisca salute beat.
Mœnibus Arctois me lux hodierna reduxit:
Candidus huc mecum corde Silesus iit.
Candida mens, qualem finxit tibi Gratia, Musas
Suaferat ambobus visere ritè tuas.
Mente pareis dudùm sociatos suscipe; dextram
Porrige, qui pressis vatibus usq; faves.
Te duce me vatem RHODOMELLA revectet ad
Te duce fac major quò mihi surgat honos. (astra,
Surget

Surgat, amoris fluam fuero si nactus amicam,
Quam forma & virtus ornat, & alma Fides.
Hanc mihi conciliet tua Magnificentia Nympham:
Quam nactus mundi praefero divitiis.
Officiosa tibi dictabit amabile carmen,
Sculpet & aeternis nomina magna cedris.
Quem promisisti, DISTELMEIERE, favorem.
Fac vigeat, neq; lux invidiosa terat.
Vive tuis fruiture bonis; per secula flore
Plurima: Bilovij dilige Castalidas.
Floreat in Christo Distelmeieria virtus:
Jamq; age suscipiant nos tua tecta duos.

Berlini 1599.

Ad Rhodomellam.

Cvram tam saepe tuos visam RHODOMELLA pe-
nates,

In promptu caussa est, ardor amoris erat.
Namq; tui (fateor) licito magis ardeo amore,
Fervida quam Siculis montibus Aetna flagrat,
Iste precor quando finibitur ardor amoris?
O propera, & flammam glutine deme tuo.

Ad G. Martinium a Baldhofen / Sil.

P. L. Cæs. &c.

Qui mecum Divi petiisti Caesaris arcem,
Praga Bohemorum qua jacet ampla solo:

A 3

11

*In patriam, MARTINE, tuam mecum ire vicissim
Te juvet; hanc facias te sine solus eam.*

*Postulat hoc sincerus amor, quo jungimur ambo,
Fraternaq; jubeat fœdus Amicitia.*

Ad Georgium Reimanum, Sil. P. L. Eloq.
Prof. in Acad. Regiom.

T*V purus, REIMANE, vir es, tu carmine puro,
Quam mea Musa canit, pura puella mea est.*

M. MELIORI LAVBANO SPROTTA-
vieni Sil. P. L. & Gymn. Goldb.
Rectori.

N*unc Martina tuos accedit amica penates:
Misceri Musis optat & illa tuis.*

*Pandefores; Diva q; cupitam porrige dextram:
Hancq; velis oculis exhilarare tuis.*

*Qui, LAVBANE, decus Nympharum cernere
gestit,
Cernet; crescentem carmine suspiciet.*

Ad M. Ioannem Vincelbergium Gvarda-
legiensem, dicti Gymn. Prof.

M*onte in Apollinio vicisti carmine Musas:
Cor CARDIANA tuum vicit, & er-
buit.*

M. Iohanni Chorinno, Prof. Acad. Prag.
Poetæ eximio.

TE licet ignotum mea Musa, CHORINNE,
salutat,

Cum tibi natalis sit celebranda dies.
Hanc tibi gratantur Charitum venerabilis ordo,
Musaq; & adplaudens fausta precatur Amor.
Ipse tibi tenui natalia festa Camena
Gratulor, hac currant non sine latitiâ.
Quod si non hodierna dies sine nube coruscet,
Cras, procul ambiguo, mollior Eurus erit.
Vive diu, doctis celebrande CHORINNE Camenis.
Mèq; tuis Musis adde; ego Te addo meis.
Ad Ieremiam Setserum, I. U. D. cum ef-
set sponsus.

IHOVA quod æterno fatorum cardine
sanxit,

Nulla potest clades solvere, nulla dies,
Exhausti lenimen adest, Vir Clare, laboris:
Gaude; Gratiola stant quatiuntq; facem.
Alma Themis Laurum dedit, artis premia: Juno
Nunc quoq; dat palmam Laureolamq; Tibi.
VRSVLA ad auratam supplex Tibi sistitur aram;
Ignibus & studiis digna puella tuis.
Scilicet hac Veneres, hac abstulit omnibus omneis!
Annon à Divis dixeris esse satam?
Dùm longa noctes, & lux tardissima surgit:
Ecce pedem Lauro ponis; ô! anne sapis?

Indulgete pares Genio, Jam messis in herba est
Vestra; nec hortatu facta monentis egent.
Transseat & Sponsa per amabile nomen in Omen:
Floreat & fructus hoc in amore ferat.
VITA, SALVS, PAX, & GNIS, HONOS,
PIETASQUE, FIDESQUE:
Hec SETSERE, tuo sufficient thalamo.

Iacobo Trustedio Garlebiensi, L. U. D.
In Die Iacobi.

Fulgida Tithoni conjux exorsa JACOBI
Repportat festum fronte nitente diem.
Faustus eat precor hic tibi, prosperiorque recurras
Sapius, & nobis gaudia mille ferat.
Ecce ligandus eris vinculis, pro more vetusto,
Gaudia sunt nobis hoc peragenda die.
Currat io sine labe dies; date sarta Poëtis
Chlorides: incolumis totus hic annus eat.
Latemur; niteat currus temone sereno
Solis: & haut ullâ nube premuntur equi.
Plaudamus; gaudent etenim natalia plausu:
Pectoris expellant hausta meraca Notos.
Sic eat hacce dies, dum polcer Apollo recondat
Lumen, & occiduas intret anhelus aquas.
Francof. 1598.

In Album M. Andreae Calagij, Vratisl.
P. Cæf. L.

Quid

Quid nostram poscis dextram cum mente C A-
LAGI?

Sunt totiès dextre symbola missa mea!
Candida mens cunctis servire parata patefcit:
Præ reliquis notam quam reor esse tibi.

Ad M. Baldassarum Exnerum Hirsberg.
Sil. P.L. & Not. P. Cæs.

Ecquid inaudimus? te verberat invidus ic̄tus
Luminis obliquo? ledere teq̄ parat?

Non melior vates fors excipit: omnis in illos
Probra jacet, qui vix scit tria verba loqui.
Tu non invidiam cures, linguamq̄ loquacem:
Os fores calami fulmine tange tuos.
Carmina, quæ mordent, dum suggerit arma Poëta
Phæbus: in adversum tela retorquet opus.

Ad Rhodomellam.

TE penes est RHODOMELLA mea produ-
cere vita

Stamina: pro vitâ restituisse necem
Tu potes: adflictum tu cor solaris, & addis
Robur: habes cordis jus, mea vita, mei!

Ad G. Martinum à Baldhofen Sil. Poëtam
Nob. Cæs.

Sponsus ero, MARTINE, brevi: RHODOMEL-
LA recusat

amplius amplivagas ferre in amore moras.

Hoe

*Hoc Deus, hoc pietas monuit: suasere Patroni:
Fussit amor; verbis non satiandus amor.*

Ad Ieremiam Setserum, LL. D.

*Q*UAE, SETSERE, Tibi mellito Hymenæia versus
Ludebam nuper, num placuere Tibi?
URSULA de Lauru sumsit GERSTMANIA nomē:
Pullulet in terra Laurus amica sinu.

*Epitaphium Ioachimi Stederi, Pastoris Petri-
ni apud Stendal. quod sibi, mortalitatis
memor, anno 1599. fieri curavit.*

*S*iderias justus non casu migrat ad arces:
Pendet ab arbitrio vitaq; morsq; Dei.
Qui Christum docuit; puerosq; fideliter arte
Fimbuit; aetherias jam speculatur opes.

*Ad juga Parnasi puerum me duxit alacrem
Primus: & Aoniā iussit amare chelyn.*

*Luxit in hoc veri studium; pietatis & ardor:
Cura fuit dextro Numine recta sequi.*

*Hac igitur quamvis jacet STEDERVS in urnā:
Attamen ingenio nescit, & arte mori.*

A L.

*Clauditur hanc STEDERVS humo lux auria
templis:*

Vivat IO! MYSIS hic DECVS unus ERAT.

*In Album M. Osvaldi am Ende/Hertz-
berg. Th. & Pastoris Dahmensis.*

AEtherij

*A*etherij præco verbi, cui gloria Christi
Est cura, & populi, sanguine parva, salus:
Ad finem perstes: optatum fausta triumphum
Meta dabit: credens fine fuere bono!

Ad Georgium Schönbornerum Freistad.
Sil. P. L. & Not. Publ. Cæs.

*S*CHONBORNERE tibi polcro dum nomen ab
amne

Effinxit polcrum Phæbus & Aönides:
Formosa fingas formosa nomen amica,
Hancq; velis polcris ludere versiculis.
Musa magis faulrix tibi fiet Apolline: polcra
Sic tibi de polcro carmina fonte fluent.

In Album Nicolai Pelargi, P. L. Cæs. &
Not. Pub. Veteris Pragæ Civis.

*Q*uod cupis, ipse manum perituris infero cartis,
Fidaq; victuræ symbola Amicitia.
Nonne, PELARGE, foret melius, sub pectoris arcâ
Si inscriptum fidei ritè niteret opus?
Fluxilis hæc manus est: tamen hæc conjuncta la-
Pectoris, ingenui testis amoris erit. (tebris

Stephano Holsteinio Celichio Sil. Ph.
Magistro hodiè creato.

*H*OLSTEINI, qui nunc versat tua pectora sensus?
Uolvis in arcano gaudia quamta sinu?
Donabit

Donabit titulo te lux hodierna Magistri,
Et veniet digitis gemma ferenda tuis.
Hoc nomen paucis grator tibi versibus, immò
Lator, quòd studijs sit tibi partus honor.
Qui seipsum doctis commendat in artibus, ille
Fille sibi cumulat viridi honoris opes.
Non mirra, nò facula, liber, Annulus, atq; cathedra:
Sed Te Philosophum docta Minerva facit.
Gnavus ama natam Sophià cum matre Poësin:
Sic te maectabit Phæbus honore pari.

Ad Matthæum Schickradum Misnicum,
Poëtam.

Ecquid inaudimus, licitos te scribere amores,
SCHICKRADI, & lepidâ fingere mente
jocos?

Si mea vota valent aliquid, monitusq; salubres,
Fac videant lucem, totaq; terra legat.
Sic tua lativagum volitabit fama per orbem,
Et tuus in Dominam sic magè crescet amor.

Ad Georgium Agricolam Radeberg. verbi di-
vini apud Friberg. in Hermunduris
ad D. Nicol. Ministrum, S.
Poës. Cand.

Nobilis ingenio vates & maximus arte,
Admovit cithara cui GELOMELA
manus,

EO

En artis gravitate tuis offertur ocellis,
 AGRICOLA, Aönium qui colis uber agrum

Hoc opus evolve, & vates amplectere vatem:

Quæ lateat vis in carmine, perspicias.

Sit gravitas adjuncta modis: Gelomela favebit,

Et mea lux votis sic RHODOMELLA tuis.

Ad Petrum V Vernerum Bolesl. Sil. N. P.
 LL. & P. Stud.

PETRE, Poëtifica polles qui munere vena,

Ficta fac hanc numeris auctet amica suis.

Optima quod fingant, Eobanus censet, amantes

Carmina, quod sensit nostra Camæna diu.

Spiritus hos etenim subtilior adflat & aura,

Et genij succos nobilioris alunt.

Ergo tuum reliquis quoque nomen amantibus addas.

Tempora dum vita floridiora sinunt.

Priscorum illicitos non hæc musa adprobat igneis.

Pelignus qualeis Bilbicusque fovent.

Qui sunt imbuti meliori adflamine Divûm,

Entheus ætheriis vatibus ardor inest.

Casta probat, sed spurca vetat Deus auctor
 amoris

Carmina: Non ipsi displicet omnis amor.

Ad Ieremiam Setserum IC. Præstan-
 tils.

Quos

*Q*uos commendabis mihi honoris lumine dignos,
Horum profectu non sine vota abeant.
Iudicium non te vulgi perturbet iniquum:
Quò minus in ceptis progrediâre tuis.
Candor amicorum non suspicione movetur:
Nec patitur rumpi fœdus amicitiaë.
In Album VVenceslai Bersij Oderberg. Sil.
LL. & Poës. Stud.

*C*andidiora geris nivij qui scrinia cordis,
VVENCESILAE, mei gemmula lecta chori:
Ad quid opus, quò nostra tuum manus imbuat al-
Qui totus dicor corde habitare tuo? (bum,
Ex animo mihi posse putas elabier illum,
Quem sine labe dedit Relligio, unus amor:
Celeca quem mihi sic devinxit amore Poësis,
Ut te fraterno pectore & ore colam?
Si pote, ut immisus Viadro sit Havelus & Albis,
Bilovius poterit non memor esse tui.
In Album Ioannis VVinckleri Gorlic.
LL. Candid.

*G*orliciana viros produxit terra politos:
Ingenis cujus nostra Camèna favet.
Quos inter tibi non postremas defero parteis,
VVINCKLERE, Astræe stella polita Dea.
Dum nostrum nivio gestis adscribier Albo
Nomen, amicitia Me sociabo tua.

De

De Venere & Cupidine.

IN pictâ regina Gnidi spaciatur arenâ,
Adspectatq; sui ditia regna maris.
Cum face Acidalius venit; sublata per auras
Fax ussit Cypria corda tenella Dea.
Tela sui gnati Venus ut fulgentia novit:
Quid filii, clamat, me scelerate feris?
Palluit, audivit vocem genitricis ut ille:
Ac instar silicis diriguere comæ. (impar:
Tandem insit lacrumans, non est Rhodomella tibi
mens fuit hanc, non te, parce cremare Deam.
Ad Salomonem Frencelium à Friedenthal/
Vratisl. P. L.

DVM SALOMON vatum prestantum colligo a-
Incidit in nomē nostra Thalecia tua. (micas,
Dicitavit suaves tibi suavis AMANDVLA verso,
Inspiratq; mibi ~~carmina~~ docta mele.
Te magnum fecit dudum tua Diva parentem:
Me minus; hinc non sum par in amore tibi.

Super Insignia B. Bilovij.

Quid Cycnus hîc notat? vatem bonum, carmen
A cuius ore melle dulcius manat.
Quid quod coronatus? quod Imperatorum
Tutela vates, quos honoribus tollunt.
Quid aureum diadema vult sibi in collo?
Quod alma verè nobilem facit virtus.
Rostrum quid insite rose? quid in scuto

Sex

*Sex? alba pars, pars rubra? recreat vates
Homines deosq; odore carminis suavi.
Bina secures quid? Poëta vindex sit,
Injuriam si facere quis velit musis.
Insigne generis hoc tui, vir excellens,
Vates Bilovi clare, nonne virtuti
Quadrat tua, novisq; honoribus partis.*

Mich. Leonh. Röschingeder P.L.

IN MAGNIFICI ET NOBILISS. V. DN. BARPTO.
lemæi Bilovij à Bilovv, C. P. Eq. Aur. Civ. R. &c, Promo-
toris sui Symbolum.

Spes mea CHRISTVS erit; Durum Patien-
tia vincet.

*S*eps Stygius quid Christicolis non invidet? optat
Ut pia SPES animi SEPS fiet (heu!) anima.
SPES verò in CHRISTVM per CHRISTVM hoc
efficit, ut SEPS

Nil damni aut animis aut animabus agat.

*Victus enim SEPS est à CHRISTO: CHRISTVS
Virginis, in ligno vicit, & in tumulo. (in alvo
BILOVI, hoc fido quia pectore credis, idemq;*

Scis solatiolum cœlitus esse tuum;

PES fidei, tua SPES constans stat, ut ardua ruPES

In CHRISTO; Sortis nec juga DVRA times.

Nimirum PATIENS qui DVRS fortia rebus

SPE CHRISTI opponit pectora, VICTOR oval.


Simon VViblitius Osterburgensis P. L. Cæs.
Patriæ Scholæ Rector.

Ja 2400

ULB Halle

3

003 919 226





Sb.

WMT

ma







BARPTOLE
MAEI BILOVII

EPIGRAMMATVM

LIBELLUS XXIII.

In Symbolum

ILL. MAGNIFICI ET NOBILISS. Viri,
Barth. Bilovij à Bilovv, S. Th. C. Com. Pal.
Eq. Aur. & Civis Rom. Phil. & P. L. Cas. Dn.
Patroni sui apprimè colendi.

Spes mea Christus erit: Durum Patien-
tia vincet.

PER varias clades, per tot discrimina rerum,
In latebris mundi Spes mea Christus erit.
Nil igitur metuo, durum Patientia vincit:
Fidentem Christo plurima dura manent.

M. Henricus Decimator Giffhornensis, P. L.
Ecclesie Schnerslebjanæ Pastor.



MAGDEBURGI,

Typis Andreae Dunckeri, ANNO

M. DC II.

